

## **Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**

**Salisburgi, 1693**

Privilegium XLV. Beneficia regularia, tantum regularibus conferenda sunt,  
& in dubio beneficium fundatum in Monasterio præsumitur regulare.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](#)

## PRIVILEGIUM XLIII.

**M**onasterium non obligatur ex mutuo nisi probetur versum in ejus utilitatem.

1. A civitate ducitur argumentum ad Ecclesiam.

2. Quid juris si mutuum à Prelato cum consensu capituli acceptum? remisive.

**C**ivitas (Inquit Vlp. in L. 27. ff. si certum pet) mutui datione obligari potest, si ad utilitatem ejus pecunia vera sit, alioquin ipsi soli, qui conservarentur Civitas tenebitur. Idem jus civitarum ad Ecclesiast transferunt DD. & facta colligitur ex Auth. hoc ius porrectum, in fin. C de SS. Ecc. c. pen. X. de fidejuss. c. 1. ibi. prae necessitate Ecclesia contra dicta de solutione. Sed an haec probatio verisimilis in utilitatem Ecclesiæ si Prelatus vel Administratus una cum consensu. Conventus seu Capituli mutua pecunia accepit contrafactualia est? De qua videatur Fach. a. Contr. c. 77.

## PRIVILEGIUM XLIV.

**M**onasterium potest exceptiōnem non numeratae pecuniae etiam ultra biennium oppondere.

1. Quid sit exceptio non numerata pecunie.

2. Hac privilegium consequtur ex priori.

**S**i debitor in chyriographo facetur se accepisse pecuniam mutuam, & ex postfacto convenitus super mutuo neget sibi pecuniam aliquando ab Actore seu Creditore numeratam esse, idque intra biennium fecerit, audietur catenus, ut in Actorem transfaret onus probandi, pecuniam numeratam fuisse, post biennium vero elapsum de furo Civili absoluta solvendi obligatio constituitur. Praesumitur enim presumptione juris de jure (contra quam non admittitur probatio in contrario) Chyriographum tanto tempore relicturus non fuisse apud Creditorem nisi pecuniam accepisset, t. t. Inscr. de Lat. obl. atram exceptio in Monasterio ex priori privilegio consequtitur: si enim Creditor non potest suum effectu agere ad suum debitum conse-

quendum, nisi probet in utilitatem Ecclesiæ conveclum, profecto non Monasterio sed ipsi pecunia numeratio probanda incumbet, tradit etiam Tyraq. priv. 154. Cum Baldo in auth. hoc ius porrectum. C. de S. Ecc.

## PRIVILEGIUM XLV.

**B**eneficia regularia, tantum regularibus conferenda sunt, &

in dubio beneficium fundatum in Monasterio præluminur regulare.

1. Quanam dicantur beneficia secularia.
2. Quando beneficium regulari posse commutari in seculari.
3. Quanam regularia.
4. In Monasterio fundatum beneficium presumitur regulari.
5. Mala consequentia S. Petrus fuit secularis. ergo omnia beneficia presumuntur talia.
6. Consenserit Abbatu & Conventi requiritur ut in Monasterio fundetur beneficium seculari, eritque tunc Monasterium Compatriotus.
7. Beneficiorum seculariam incapaces sunt Religiosi.
8. Possunt autem eligi in Episcopos.
9. Item promovere ad dignitates Ecclesiastarum collegiarum.
10. Item ad Parochias secularares.
11. Consilium à quodam tradiditum circa promotionem Religiosorum ad Parochias.

**C**ommunis beneficiorum divisio est, quod alia sint *secularia*, alia *regularia*; *secularia* dicuntur illa, quæ vel ab initio pro Clericis secularibus fundata sunt, vel in quibus ex successente prescritione 40. annorum, vel legitima foundationis ex autoritate sedis Apostolicæ, commutatione (quæ commutatio ruridum dejure recte fieri ceaseret, si beneficia regularium nec per Religiosos ejusdem, nec alterius Ordinis providerint possint Tex. & Gloss. in c. inter quartos de Relig. dom. c. possessione. 10. de Rebus Eccles. non alienandis cap. rotatum. 7. ne Clerici vel Monach.) Clericis secularibus jus quaslibet est. Regularia vero beneficia sunt, quæ similiter vel ex prima fun-

H. dario

datione, vel succedente præscriptione, fundationis commutatione, aut unione seu incorporatione (de qua secundum privatum dicimus) regulibus concurvantur, sicut tradunt. Inter alii, in c. *cum de Beneficio*, s. de *Prab.* in 6. *Garc.* de *Benef.* p. 7. c. 10. Porro quamvis non omnes Capellania, seu beneficia in Ecclesiis Monasteriorum fundatae hoc ipso beneficia regularia sint, aut per regulares administranda, cum ex voluntate fundatorum dependeat, an pro facultibus, vel Regulatis beneficiis fundare velint: Interim quandum non apparet de contraria fundatorum intentione, tale beneficium in Monasterio fundatum semper præsumetur regulari. Abb. *conf.* 50. 2. part. *vers.* 4. cap. *Rebut.* in *prax.* *benefic.* tit. *quatuor* sit *beneficium* n. 6. *Malcardus de Probst.* *Concl.* 172. n. 17. quia non est verisimile quod eagens beneficium cum onere legendi missas in Ecclesiis Regularium voluerit ab eo ipsos Regulares excludere, cum postius contra videamus, ab hominibus Religiosorum preces multum desiderare. Quod vero aliqui docent, omnia beneficia in dubio præsumi secularia, sed quod S. Petrus fuerit secularis, inceptam rationem merito miramur, cum qualitas beneficiorum ex intentione fundatorum defumda sit, neque S. Petrus fundaverit omnia beneficia, immo tempore S. Petri nulla fuit beneficiorum divisio, quam primum Dionysius Papa introduxit e. *miss.* *cap.* 13. q. 1. o. *pastoralis.* *De his qui sunt à Prab.* Et Dionysium, qui unus tantum inter Pontifices huius nominis numeratur, fuisse Graecum Monachum refert Bullarium pag. 8. accedit quod S. Chrysostom, in lib. 3. contra *Monach.* *vita vi sup.* dicit, Ecclesiam D & I fulle initio veluti Monachalem Religionem & Apostolos duxisse vitam religiosam nihil habuisse propriam & vixisse in communione unanimiter in oratione. *Abt.* 4. cap. *immo* emissile Vota Religionis ex Suarezio & aliis probat Tambur, *de iure Abb.* *som* i. *dep.* 2. q. 3. *Op.* 4.

Præterea ut in Monasteriis & Ecclesiis Regularibus fundetur capella seu capellania, ad quam debet præsentari Clericus secularis non sufficit sola autoritas Episcopi, sed etiam consensus Abbatis & Conventus requiritur: neque alicui invitatis Monachis potest acquiri jus Patronatus, seu præsentandi Clericos secularis in eorum Ecclesia, ut recte docet *Garc.* d. s. 10.

*sub n. 37. in fin.* quia Episcopus capitularia gravamina, vel onera Religiosi imponeat, maxime è quo eorum Communione penitent, prout fore, si Clerici seculari communorum voluntatem in Monasterio per aliquod pretendere possent. *luminoso*, *causa* 13. 1. Deinceps istud notabile est, quod ingenientur beneficium in Monasterio non solum a fiducia patronus sed etiam ipsum Monasterium debet habere pro Compatrio, tanquam quod secundum concessum, ut advenire possem, in c. 1. *Ecl. add.* n. 11. Etenim fundatio seu fundatio æqua est causa iuri patrosum, quam deinde (five redditum affigunt) vel confutatio five disficiatio, & si alius fundatur, alius discessus, alius adsciscatur, tres euer eisdem beneficiis patroni, & nisi alter inter se conveniatur, & auctem vicibus præsentent, omnes ad predictandum admittentur, & id breviter prævalebit is, qui majora via habent, vel parsia fuit, quem Episcopus elegit. *Pascua* cap. 1. *de iure Patron.* n. 6. *Barb.* in *Cod.* 20. *Conc. Triad.* 1. 4. *de Ref.* 12. n. 16. Illud autem è converso Regularis possit præsumere, ad beneficia secularia: hic quoque breviter vestigandum est.

Imprimis convenient DD. quod beneficium secularium simplicium, ut Canonizatum in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiis apertos sive Religiosi junta regulari communione receperant, quod secularia beneficia secularia regularibus confiderantur, subsecundum vel prætempore aliud locutione fit, & norma *Barb.* & *D.D.* in c. *super* *art.* 1.

Deinde certum est, quod Religiosi in eligio in Episcopum, quamvis Ecclesia in familiis ut expresse habetur in *Clem.* 1. de *lib.* in c. nullus Religiosus. 28. & e. si *Abbat.* *cod.* *tit.* in 6. idque nonnulli extendunt, nulli Religiosi etiam possit eligi in Prelatum seu Propositum, aut Decanum Ecclesiæ Collegiis secularibus. Abb. in c. quod *Dicit* *timorem*, de *monach.* n. 5. & ibidem *Zabarella* n. 13. 7. 1. *Graph.* in *aur.* *decif.* p. 2. *lib.* 3. c. 2. n. 1. *Am. inf.* *mar.* p. 1. *lib.* 12. c. 19. q. 1. *Lefeb.* in *I. lib.* 2. *cap.* 14. *lib.* 12. n. 99. *Sylv.* v. *Rappt.* 9. 4. & 6.

De beneficiis autem surris inferioribus, scilicet Parochialibus secularibus magna est illa

senso èamque controversiam jam olim prolixè tractavit Gratianus in causa. 16. q. 1. ubi imprimis multas authoritates pro sententia negativa adducit, quas deinde incipiendo à e. Decretus 21. per contrarias revellit, inter quas insignè est illud decretum Bonifacii Papæ relatione in e. sunt nonnulli 25. ead. causa 16. q. 1. in hac verba: Sunt nonnulli nullo dogmate sulti audacissimè quidem zelo magis amaritudinis quam dilectionis inflammari afferentes Monachos quia mundo mortui sunt. & Deo vivunt sacerdotales officii potentia indignos neque penitentiam negue Christianitatem largiri, neque absolvere posse per sacerdotalis officii divinitus sibi injundam potestatem: ed omnino labuntur. Neque enim B. Benedictus Monachorum Praeceptor almissus hujus rei aliquo modo suu intercedit: sed eos secularium negotiorum medix expertes fore tantummodo, quod quidem Apostolicus documentis, & omnium SS. Patrum institutio non solum Monachis, sed etiam Canonico maximopere imperatur. Nos vero tantorum Patrum instituti exemplis (quibus periculissimum est refragari) credimus à Sacerdotibus Monachis legandi solvendique officium Deo operante dignè administrari: si eis dignè contigerit hoc ministerio sublimari. Unde communis est DD. sententia paucis dilectionibus Religiosos de jure capaces esse beneficiorum secularium Curatorum & ita ob favorem cura & utilitatem spiritualem animarum, esse exceptionem ab illa regula, quod secularia beneficia tantum secularibus conferenda sint. p. tex. Gloss. & Pan. in e. quod Dei timorem s. de statu Monach. Lef. & Azor. ad. LL. Navat. de statu Monach. conf. 11. & 12. & plures alii quos refert Tambrinus, de jure Abb. tom. 3. diff. 9. q. 8. n. 4. Gare. de benef. p. 7. c. 10. n. 17. & arguitur ex Conc. Trid. s. 14. do Refor. c. 11. ubi specialiter de Religiosis translati ab uno ordine ad alium decerterunt, quod in Monasterio manere debeant, & omnium beneficiorum secularium etiam Curatorum incapaces sint. Unde cum exceptio firmiter regulam in casibus non exceptis, rectè infertur alios Religiosos non translatos beneficiorum secularium curatorum capaces esse. Non obstat c. 2. de statu Mon. quia sibi Conc. Later. tantum prohibet ne singuli Monachi, id est, sine socio in Parochiis habitent. Nec etiam e. de capell. Mon. quis

H 2      Mone-

ad evitandam jurium correctionem explicari potest, vel de antiquo statu Monachorum. quando plerique erant Laici conversi, & pauci Sacerdotes, neque studiis eruditæ e. ex multis. de Voto, & in perpetua clausura vivebant sicut Chartusiani: vel quodd sine consensu Episcopi populus per Monachum regi non debet. Glo. in eod. c. 1. Ratio autem est, quia utique non est inconveniens, ut quod Religiosi per exercitia spiritualia & studia literaria in Monasterio didicerunt, de codem etiam alios instruant, juxta illud Matth. 5. qui feceris. & ducuerit hic magnus vocabitur in regn. Calorum. & si est. Hic tonome in e. sic vivo 26. causa & c. seq. 6. q. 1. multo tempore descendit, quod postmodum doceatur, nos prius Magister esse debent quam Discipulus, camque ob causam lata est sanctio. Conc. Trid. s. 23 de Ref. c. 11. & seqq. de inter. fuitis temporum (peque enim intra quadrantem anni tam facile relinquentur mores saeculi & via) bonis moribus & probitate ordinandi observandis. Sanè non parum expectandum est à Religioso, circa doctrinam Christianam consolationem & instructionem fidelium praesertim in mortis articulo, qui per multos annos à virtus saeculi purgatus, nonnunquam à puro inter meta pietatis exercitia, ac sanctas meditationes exercitus est. Sunt quidem non pauci ex Recensionibus qui dicunt, per quadam novam constitutionem Gregor. XIII. item per declaracionem Cardinalium obtinent esse, ut Religiosi abesse dispensatione sed Apost. non possint ad curata beneficia secularia promoveti, ut docet Gare. Sanchez. & Gonzalez apud Tambr. d. l. sed idem Tambrinus, in d. q. 8. n. 11. & seq. dictam constitutionem Gregor. XIII. nunquam usi uero receptam teckatur, dum post eam contrarium praticatum & per Rotam decisum, atque per Cardinales declaratum fuerit.

Verum generaliter circa promotionem Religiosorum ad Parochias, quidam vir prudens consuluit duo esse antimadverenda, ne ad Parochias exponantur illi, qui indisciplinati moribus sunt, & in Monasterio continenti nequeunt; qui enim domini sua preesse necit quomodo Ecclesia Dei diligentiam habebit i. ad Tim. 3. per tales enim, ajebatille, qui jam habita occasione quæ data est portarunt, scandalizantur Parochiani, Prælatorum conscientiae onerantur,

Monasteriorum & Religionis fama gravatur. 2.  
ut ii qui in Patochiis collocantur si fieri possit  
cum socio sui ordinis sint c. 2. & 5. de statu Mo-  
nach. & non in perpetuum ibidem relinquantur,  
sed ne nimis laeculaibus curis & negotiis  
immergantur, quandoque pro renovatione spiritu-  
alis ad Monasterium revocentur, alio interim sub-  
stituto. Hinc quorundam Episcopatum stilus  
ut Religiosi praesentari ad Patochias non inver-  
suntur absolute sicut Clerici seculares, sed ad-  
datur clausula: *salvo tamen Praesul's revocatione*,  
quod Consilium an expediat vel qualiter in u-  
lum deducendum sit, Prælatorum judicio relin-  
quo.

Dices, ergo tali casu alterabitur qualitas be-  
neficii, & Rektor non erit perpetuus, sed potius  
temporalis vicarius ad nutum amovibilis i. sc.  
imprimis consuetudinem alicuius diaconis multa  
possi mutare circa ordinarias regulas beneficio-  
rum, quæ nec ex jure naturali nec divino sunt, &  
ita videatur exigere salus animatum. Deinde  
non obstante illa clausula vel potestate Abbatia  
revocandi Religiosum ex Patochia, adhuc Reli-  
giosus censembitur Parochus & quidem perpe-  
tuus, sicut enim non minus Clericus secularis est  
Patochus perpetuus, quamvis ex postfacto Pa-  
tochiam resignare, vel ea ob certas causas priva-  
ti valeat, ita planè Religiosus est Parochus per-  
petuus licet possit ex causa revocari, vel certe ip-  
se, aut Prælatorus ejus loco ( utpote in quem to-  
ta Religiosi voluntas collata censembitur ) Patochi-  
am resignet.

#### PRIVILEGIUM XLVI.

In Parochiis Monasterio ple-  
no Iure incorporatis potest expo-  
ni Vicarius ad nutum Prælati  
amovibilis.

**M**ulta quidem Patochiæ diversis Monas-  
teriis unitæ & incorporate sunt; non tamen  
omnes eodem modo & jure, nam quædam  
sunt unitæ quæad temporalia tantum, quædam  
reclido pieno jure.

#### De unione quoad tempo- ralia.

1. Quando datur unus quoad temporalia.
2. Præsentatio de jure debet fieri à Prelate conuenienti capitulo.
3. Patronus Ecclesiasticus tamum priuatum, Latus potest plures.
4. Qualiter fint concursus in Ecclesiasticum.
5. Patronus Ecclesiasticus habet in manu præsentandum, Latus quatuor.
6. Patronus ligantibus currit tempore.
7. Lite pendente super posteriori priuata libe-  
rator.
8. Latus potest donare jus patronatus monachorum.
9. Quibus aliis modis Monasteriorum acquiruntur patronatus.
10. Ius patronatus à Latus priuatum ad Illu-  
strium fit Ecclesiasticum.

11. Quid si ex pluribus Patronis Latus uniuersum  
suum sicut donaverit Ecclesiastum.
12. Eu unio cum censetur facta, quando ob-  
simus vel alii credimus Parochia non allegati  
Monasterio sed jus indistinctu Rectorum be-  
neficii pertinet ad Episcopum, solo jure re-  
tendandi ipsi Monasterio vel eto, & de hac successio-  
ne loquitur e same causa. 16. 9.2. ubi dicitur  
quod tales Parochiæ cū censentur Abboti doce-  
dotibus Episcopos committere debet, quia de  
populi quidem cura Episcopis rationem reddere  
Abbati vero pro iebus temporalibus ad Monas-  
terium pertinetibus, subjectio acem debet  
exhibeant.

- Quod si pars tantum decimom fuit a  
certa Parochia Monasterio data hoc jure in-  
tuendi vel etiam præsentandi, una pars de  
membratio beneficii quam anna censembitur regi  
Prælatori circa Patochialia aliquid ius compre-  
met. Gare, de benef p. 12. s. 2. n. 4.
- Pontio circa ius præsentandi hec sententia  
Monasteris competenti aliqua breviter recorda-  
funt. I. Si jus præsentandi competit Monas-  
terio vel Collegio, uno Prælatori hec contulit  
majoris partis capituli aliquem præsentare non  
potest, nisi antiqua consuetudine vel præceptio  
ne aut privilegio aliud obtentum sit, & in no[n]  
6. De ius, quæ fuit à Prelat.